



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Semen in utero.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Vinculo cuius moris causam red. ait. Macrobi. Saturn. lib. 1. c. 6. nam & Apollinis ipsi sui basin aurea catena religarunt, cum quidam in concionem progressus affirmaffet, visum sibi per nocturnam quietem Apollinem dicere, velle se transire ad Alexandrum: post quod vinculum injectum super eum Tyrii Alexandrinum cognominarunt. Sedenim aliorum quoque deorum statuis Plutarchus in Problematis Tyrios vincula solitos injicere, id scilicet indicantes, quod lento gradu in scelerum castigationem ferantur. Et Horatii locum de poena quæ claudis incedit pede, in hanc eandem sententiam Porphyrio interpretatur.

JUNONIUS. CAP. XXXIV.

Milonis statua. ET ahenea Milonis statua in Olympia fuit, quæ super discum posita vincis simul pedibus innivebatur. Malum autem Punicum sinistra tenebat. Dexteræ digiti recti, & rigentibus similes apparebant, vittaque caput habebat redimitum. Rem ita interpretatus est Philosophus Tyancus, ut Milonem athletam dixerit Junonis Sacerdotem à Crotoniatis institutum, idque mitram & redimiticulum indicare. Arborem vero malum Punicum solam in Junonis honorem plantari.

FORTITUDO ATQUE TEMPERANTIA.

CAP. XXXV.

Minerva obligata quid. Quamquam alii eruditionis hieroglyphicæ non ignari, dicunt pedes colligatos, id significare, quod fortissimus is athleta nullius viribus ex eo loco, ubi semel constitisset, dimoveri posset. Malum manu comprehensum, digitorum ejus fortitudinem indicare, quod identidem nullius conatu avelli posset. Porrectionem vero digitorum eodem roboris argumento significasse, quantum illi virum inesset, quod à quoquam vel robustissimo, neque insecti, neque dimoveri poterint. Per vittam vero temperantiam hominis ajunt indicari: athletæ enim vires suas ea potissimum ratione custodiebant, quod ab iis, quæ corpus enervant, libidinibus, studiose admodum abstinebant.

MINERVA ARCADICA. CAP. XXXVI

NEque quidem Dianæ tantum simulachrum obligatum erat apud Arcadas, verum etiam Minervæ signum obligato crure ostendebatur. Significabat id vulnus, quod ipsa à Teuthi Arcadum duce acceperat, dum illi suadere, & obstare conaretur, ne Græcorum societatem desereret, quam ipse ob similitudinem in Agamemnonem repudiaverat. Teuthis autem apud Arcadas colebatur, & certamen id cum Minerva illi laudi adscribebatur. De stupore vero, & imperitia Arcadum, qui nihil cum Minerva commune aut sociale habuerint, in Quercu, atque etiam in Asino, satis dictum.



SEMEN IN UTERO. CAP. XXXVII.

Notantur quoque à Luciano, in Astrologia, ab Athenæo, lib. 14. & Aristoph. in auribus Saturnus alligatus. Adverbium à Macrobio lib. 1. cap. 5. Saturn.

Hinc artificiosa & ingeniosa Deana Hom.

SATurnum Apollodorus alligari ait per annum laneo vinculo, & solvi ante diem sibi festum mense Decembri: atque inde proverbium, *Deos habere pedes laneos*. Hinc vero significari semen in utero animatum (nam à satu Saturno nonien) in vitam grandescere, ac donec erumpat in lucem, quod decimo fieri mense, & Virgillii & aliorum testimonio, iis quæ recte ferunt, comprobatur, molibus interim naturæ vinculis detineri. Sunt vero qui referant id ad tempora, quæ certa naturæ lege connexa sunt: vel quod fruges omnes vinculis nodisq; quibusdam alternentur: vel quod in Tartara conjectus, propter loci, in quo versatur, profunditatem, quasi quibusdam ibi vinculis detineatur, ut deportatus. Alii fictum volunt ob motus tarditatem, de quo alibi.

ARTIFICIOSUM OPUS. CAP. XXXVIII.

Quæ vero vincula statuis, quas Dædalus elaborasset, injici solita sunt, id sibi volunt artificiose quædam fuisse fabrefactas, ut abire viderentur: quocirca vinculis compendendæ essent. Meminit hujus